

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Item unde supra: beatus Augustinus episcopus: sermo

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

forte sicum peccatorum uul
neribus ante tribunal ae
terni iudicis uenerimus. ab
illa aeterna ecclesia. et ab
illa caelesti hierusalem per
petua excommunicatione
separemur. Haec ergo cogi
tantes frs kmi. tam casti &
tam sobrii. et tam pacifici
ad istud altare. do auxiliari
te studeamus accedere. ut
ab illo aeterno altari non
mereamur excludi. Qui enim
ad istud altare. casto corpo
re. et mundo corde. cum se
cura et munda conscientia
uenerit. ad illud altare qd
in caelis est. felici transmi
gratione perueniet.

ITEM UNDE SUP
SERMO BEATI AUG VI.
EPI.

RECTE
FESTA ECCL
siae colunt. qui
se ecclesiae
filios esse
cognoscunt. Haec
enim omnium credentium
mater est. quae natos ad mor
tem. regenerat ad salutem.
Haec est post synagogam qui
dem uocata. sed ante syna
gogam promissa. Haec enim
iam in primo homine praesi
gurata est. Nam sicut ex
adae latere fabricata est eua.
Ita ex xpi corpore et uulnere.
redempta creuit ecclesia.
Haec intra arcam diluuii ex
undante seruata. crucis be
neficium et baptismatis my
sterium praesignauit. Hanc
sara sterilis et desperata in
senectute. unico pignore

facunda praececit. Eccle-
 sia enim unicum idest dilectis-
 simum deo populum saeculo
 iam senescente progenuit.
 haec est regina illa de qua ad
 dnm dicitur. Astitit regina
 adextris tuis in uestitu deau-
 rato circum amicta uarietate.
 Id est diuersarum circumda-
 ta pretioso decore uirtutu.
 haec est illa regina quae ue-
 nit a partibus aethiopiae.
 audire sapientiam salomo-
 nis. Sed haec non tam exu-
 na regione quam ex unuer-
 sis mundi partibus reges pa-
 ritura conuenit. Sicut & ia
 euangelista commemorat.
 Regina austri uenit a finibus
 terrae audire sapientiam
 salomonis. Uenit ecclesia
 ad redemptorem et erudito-
 rem suum. ut de stulticia er-
 roris doctrinam perciperet

ueritatis. De qua plenius
 sicut audiuius regnorum
 scribit historia ita dicens.
 Et ingressa regina hierusalem
 cum multo comitatu et diui-
 tiis. cum camelis portantibus
 aromata. et aurum infinitu-
 nimis. et gemmas preciosas.
 uenit ad salomonem. et lo-
 cuta est uniuersa quae habe-
 bat in corde suo. Ergo infi-
 gura reginae huius ecclesia
 uenit de gentibus et a finibus
 terrae. imponens finem cu-
 piditatibus uitaeque terrenis.
 ut audiret sapientiam salo-
 monis. Id est uiri pacifici dni
 nri ihu xpi. qui fecit utraq-
 unum. soluens inimicitias in-
 ter dm et hominem in carne
 sua. Uenit post ueteres et pro-
 fanas superstitiones. audire
 et discere de fidei illumina-
 tione. et iudicio futuro. de-

VIII.

animae immortalitate. de spe
resurrectionis et gloria.
Uenit ergo in hierusalem cum
multo comitatu. idest non
tam cum una tantum gente
iudaeorum sicut prius syna-
goga solos habuit hebreos.
sed totius mundi gentibus
diuersisq. nationibus uenit.
exhibens munera digna xpo.
aurum et gemmas preciosas.
Et hoc camelis portantibus.
idest ex gentili populo ueni-
entibus. qui prius fuerant
uitiorum foeditate distor-
ti. et malorum onere curui.
ac peccatorum prauitate de-
formes. Cum his tamquam
muneribus regina haec in-
greditur ad pacificum regē
xpm exhibens secum fidei
aurum puritatis. incensa
preciosa splendorisq. gem-
marum. morum scilicet in

signia et ornamenta uirtutū.
Et locuta est ei uersa quae
habebat in corde suo. idest
aperuit ei corsuum. manife-
stauit ei occulta conscientie
suae in confessione et poenitu-
dine praecedentium delicto-
rum. Uideamus quid agat
haec regina. Uidens inquam
regina saba omnem sapienti-
am salomonis. et domum quam
aedificauerat. et cibos men-
sae eius. et holocausta quae
offerebat in domo dni. non
habebat ultra spm. Quid erat
rationis ut praepotens regi-
na. domum expensas. et ci-
bos regio tantopere miraretur.
Ergo hoc loco aliqua maiora
nos oportet inquirere.
Uidit ergo ecclesia ex gentib.
congregata sapientiam xpi
idest post carnalia institu-
ta gentilium. post humana

et animalem doctrinam philo-
sophorum. accepit intellectu
salutis et uitae. Inspexit spiri-
tuum mirabilia bonorum
agnouit uerum fabricatore
caeli ac terrae et potentissi-
mum humani generis condi-
torem de cuius sapientia di-
citur. **O**mnia in mensura &
pondere et numero constitu-
isti. Uidit et domum quam
aedificauerat. id est incarna-
tionem hominis assumpti. In
quo habitat omnis plenu-
do diuinitatis corporaliter.
Uidit et cibos salomonis id est
uel illos de quibus dicebat.
meus cibus est ut faciam uolun-
tatem eius qui meminit patris.
Cibus enim xpi est. salus nra.
reficitur caelestibus aepulis
profectibus nris. Cibus eius
sumus dum acquisiti ecclesie.
In membra eius corpusq. tran-

simus. Uel cibos eius altaris
sacramenta caelestia de quibus
dicitur. Panem caeli dedit eis.
panem angelorum manduca-
uit homo. Uidit et holocausta
eius. orationum sine dubio sup-
plicationumq. mysteria. et ob-
stupuit. ubi uidit inestimabi-
les diuitias dñi sui dixitq. ad
regem. Uerus est sermo quem
audieram in terra mea super
sermonibus tuis super sapien-
tia tua et non credebam nar-
rantibus donec ipsa ueni et ui-
di oculis meis et probaui quod
media pars nuntiata mihi non
fuisset. Maiora sunt sapientia
et operata tua quam rumor que
audiui. Cum ergo peruenerit
regina haec. siue ecclesia siue
anima quaeq. sc̄a. cum perue-
nerit in aeternam hierusalem
id est uisionem pacis. et Ingres-
sa fuerit beatam requiem. et

504
gloriam caelestium promisso-
rum multo plura et magnifi-
centiora perspiciet. quam ei
sunt in hac terra per sacra elo-
quia per prophetas. atq. apo-
stolos nuntiata. Nunc enim
tamquam in speculo et in eni-
gmate. tunc aut oculis suis
uidebit. id est facie ad faciem.
Tunc beata et illustris anima
inter stupendas remunerato-
ris sui constituta diuitias. in
effabilibus reginae huius uer-
bis uti ad id poterit dicens.
Uerus est sermo quem audiui
in terra mea super sermonib.
tuis. Maiora sunt opera tua
quam rumor quem audiui.
Et reuera id quod parat deus dili-
gentibus se. fide non compre-
henditur. spe non attingitur.
Caritate non capitur. deside-
ria et uota transgreditur.
Acquiri potest. aestimari non

potest. Habebit de percepti-
one fructum. non habebit de
satietae fastidium. Ad que
uos bona perducatur qui ui-
uit et regnat. in saecula sae-
culorum. amen.

ITEM VNDE

SUPRA DE CADE
ECCLESIE DEDICATI

ONIS FESTIUITATE
LIC. SCI. EU. SEC. LUC. A.

In illo temp. Dixit ihc disci-
pulis suis. Non est arbor
bona quae facit fructus ma-
los. neq. arbor mala faciens
fructum bonum. Et reliqua.

OMELIA GENERALI

BEATAE
P. DEIA
DEM. LIC.
VIAPR.

PITIAOI IUNITATE